8645. 1374 september 21.

Heine Snakenborg och hans hustru Bengta Gustavsdotter överlåter till Vadstena kloster hälften av alla sina egendomar i ”Vigbÿskorsten” (nu Viby socken) i Linköpings stift, d.v.s. 4 attungar jord. Resterande 4 attungar av utfärdarnas gods i ”Vigbÿskorsten” skall efter båda utfärdarnas död tillfalla Vadstena kloster på villkor, att, om utfärdarna i framtiden beslutar anslå ytterligare gods till nämnda kloster för grundandet av ett altare till utfärdarnas själagagn, skall nämnda egendomar i ”Vigbÿskorsten” läggas till detta altares prebenda för vikariens uppehälle. Men om något av utfärdarnas barn i framtiden skulle ingå i nämnda kloster, skall egendomarna anslås till barnets inträde. Om inget av ovanstående två villkor blir uppfyllt skall likväl donationen av alla egendomar kvarstå.

Utfärdarna beseglar tillsammans med abboten Johannes i Alvastra samt väpnarna Gerhard Snakenborg och Algot Magnusson.

Orig. på perg. (33,1 x 16,9 cm, uppveck 2,2 cm; 16 rader), Sv. Riksarkivet (RPB nr 1096). – Brevet är försett med Rasmus Ludvigssons signum 6: b (för Vadstena kloster).

Regest: Mekl. UB XVIII, nr 10631.

Om Heine Snakenborg och dennes bror Gerhard se C. Wallin, Ide Pedersdatter Falk till Gladsax (1954), s. 107–111; om Bengta Gustavsdotter (Vingätten) se ÄSF I, s. 202.

Angående ortnamnet ”Vigbÿskorsten”, även belagt ”Wibyskurustæin”, ”Wibyskurusteen” o.s.v., se Th. Andersson, Svenska häradsnamn (1965), s. 332 f. med not 24.

Jfr brev 1416 29/3 (SD nr 2204), vari Heine Snakenborg bekräftar donationen.

Om breven till förmån för Vadstena kloster under år 1374 och 1375 samt om baksidespåteckningarna, se generell kommentar ovan vid brev 1374 4/7 (DS nr 8601).

Brevets arenga är skriven efter delvis samma formulär som DS nr 8628 ovan.

Omnibus presens scriptum cernentibus Heÿgno Snakenborgh et B*ene*dicta Gøstafsdott*er* consors sua · salutem in Domino sempiternam · Tenorepresencium constare volumus vniuersis tam posteris quam modernis, quod nos salubri mentis nostre premeditacione sani et jncolumes corpore constitutj · attendentes, quod que in hoc seculo sunt vanitatj subiacent et ad suam tendunt originem naturaliter vniuersa nisi ea, que in pietatis opera misericorditer erogantur, quamobrem monasterio beate Marie virginis in Wastenum Lÿncopen*sis* dÿocesis dimidietatem omnium prediorum nostrorum in Vigbÿskorsten eiusdem dÿocesis · videlicet quatuor atungos terre · cum omnibus suis adiacenciis,[a] domibus · fundis[b] · agris · pratis · pascuis · siluis · humidis et siccis, nullis penitus exceptis · conferimus jure perpetuo possidendam · transferentes in eosdem conuentuales et eorum successores plenum proprietatis jus et possessionis dominium dicta bona cum omnibus suis adiacenciis vendendi, commutandi, alienandi et pro suis vsibus quomodolibet ordinandi · Residua vero dimidietas omnium bonorum nostrorum in Vigbÿskorsten · [c-]non dum[-c] resignata · videlicet quatuor atungi terre cum omnibus suis adiacenciis · vt superius expressum est · volumus et tenorepresencium statuimus, vt post obitum amborum nostrorum dicto monasterio in Vastenæ cedat perpetuis temporibus possidenda · sine reclamacione et alloqucione quorumcumque · hac tamen prehabita condicione, quod si in posterum plura bona nominato cenobio conferre decreuerimus pro fundacione vnius altaris, vbi continue missarum solempnia pro refrigerio animarum nostrarum habeantur · extunc memorata bona in Vigbÿskorsten debent addi ad prebendam illius altaris · vt eo melius vicarius, qui ibi deputatus fuerit ad officiandum, se valeat sustentare · Si vero Deus annuerit, vt aliquis vel aliqua liberorum nostrorum futuris temporibus sepedictum monasterium jntrauerit regularem inibi abitum[d] recipiendo · tunc bona superius nominata debent sibi pro jntroduccione nichilominus computari · Et quamuis neutrum istorum adimpletum fuerit · silicet de altaris fundacione · vel pueri oblacione · attamen bonorum omnium donacio, vt jam superius declaratum est, cum omnibus suis articulis jn sui roboris vigeat firmitate. Jn cuius rei testimonium et cautelam firmiorem sigilla

nostra vna cum sigillis reuerendi in Ch*rist*o patris domini Joh*ann*is abbatis in Aluastro, Gerardi Snakenborgh et Algotj Magnuss*on* armigerorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M^o^ccc^o^lxx^o^quarto, die beatj Mathei[e] apostoli et ewangeliste.

På baksidan: +
Littera domini
[f-]Heygnonis Snakinborgh[-f]
Vigbyscorsteen
16
[g-]Vifolka hær*e*dh[-g] *(halvt kors)*
S xiiij

Sigill: nr 1 av mörkbrunt vax, vapenbild och omskrift till större delen utplånade (balk belagd med [nu utplånad] orm i sköld utan hjälm; jfr SMV II, s. 768): S' H [...]; nr 2 av grönt vax med vidfäst tygpåse av ofärgat linne, skadat med del av nedre vänstra halvan borta (tre sjöblad balkvis i sköld; jfr SMV II, s. 452): S' Ben[...]te Gözstafsdo*ter*; nr 3 spetsovalt av brunt vax med vidfäst tygpåse av ofärgat linne, vapenbild och omskrift utplånade; nr 4 av grönt vax med vidfäst tygpåse av ofärgat linne (balk belagd med orm i sköld utan hjälm, allt inom fyrpass; jfr SMV II, s. 768): S' G*e*rardi Snakenborch; nr 5 bortfallet från den kvarsittande remsan.

[a] ad iacenciis *utan avstavningstecken vid radskifte ms.* [b] *Bokstaven* s *på rasur ms.* [c–c] *D.v.s.* nondum. [d] *D.v.s.* habitum. [e] Ma thei *utan avstavningstecken vid radskifte ms.* [f–f, g–g] *Med ljusare bläck ms.*